



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Immagine Del B. Niccolo Mariscotti Detto Il Profeta Di
Siena Dell'Ord. Eremit. del P. S. Agostino della Congreg.
di Lecceto in Toscana.**

Landucci, Ambrogio

Roma, 1656

Protestatio Auctoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9888

Protestatio Auctoris.



VM Sanctiss. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martij 1621. in Sac. Cong. S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Decretum ediderit, idemquè confirmauerit die 5. Iulij anno 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum qui Sanctitate, seu Martyrij fama celebres è vita migrauerunt, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quæcunquè beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hæctenus sine ea impressa sunt, nullo modo vult censi approbata. Idem autem Sanctissimus, die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam; benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit auctoritas, ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penès Auctorem. Huic decreto, eiusquè confirmationi, & declarationi obseruantia, & reuerentia, qua par est, insistendo profiteor me haud alio sensu, quidquid in hoc Libro refero, accipere, aut accipi ab vlllo velle, quàm pro ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, aut sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem Sancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adscripsit,